

Item dye tube hues dy horē to hellama gude. Julle hore
over bylpfde over dy drye pūdamata to gaene to keike
en andert als zie bylpfte sent

meum dereliquid me. Complaceat tibi dñe ut
liuuandum me respice. Confundantur et reuere
uerunt animā meam ut auferant eam. Auertan
tur et erubescant/qui uolunt michi mala. Ferant cōfes
meā/qui dicunt michi euge euge. Exultent et
ūs querentes te/et dicant semper magnificetur
tunc salutare tuū. Ego autē mendicus sum et
is est mei. Adiutor meus et protector meus tues/

non delinquam in vita mea. evovae.

telligit super egenū et pauperē/in die mala libe
ris. Dominus conseruet eum et uiuificet eum
et eum interra/et non tradat eum in animā mi
nus opem ferat illi super lectum doloris eius/
ni eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi
sana animam meam quia peccaui tibi. Inimi
la michi/quando morietur et peribit nomē
ebatur ut uideret uana loquebatur/cor eius
tē sibi gradiebatur foras/et loquebatur mid
que susurrabant omīs inimici mei/aduersum

Liber fratrum sancte Crucis Maiorpacis

Floret doctorum E. 9.

B 69, bis

Magis enim operando quis proficit quam loquendo. et plus movent exempla quam verba. Contra docere vero voce et non opere quedam vanitas est et parum prodest quia secundum bernardum lingua magniloquium et manus otiosa doctrina lucida et vita tenebrosa monstruosa res est.

Sanctus thomas in prima parte Maior notitia in hac vita de deo non habetur nisi in sacra scriptura

Ambrosius In domino bonum servitus et bona libertas equa lance appenduntur

Ducentus B. M. Paris ord. S. Cruciis
B. 69 bis.

Hee sunt rubrice sive capitula de floribus autorum

De vera scientia et sapientia capitulum primum
De fide ij
De spe iij
De commendatione spei iiij
De caritate v
De paciencia vi
De flagello vij
De pace viij
De iniuriarum remissione ix
De pacientia x
De perseverantia et consuetudine xi
De loquacitate et de detractione xii
Quod homo non ledat proximum verbo vel facto xiij
De voto reddendo xiiij
Quod ante deum vel et occultum xv
De humilitate xvi
De diversis aliis virtutibus xvij
et de dilectione dei et proximi
De obedientia xviij
De malis missionibus non obediendis xix
De castitate xx
De paupertate xxi
De contemptu divitiarum et vane glorie xxij
De contemptu mundi xxiij
De amore mundi xxiiij
De amore sui xxv
De societate vel amore mulierum xxvi
De peccato in generali xxvij
De decimis dandis xxviij
De gratia dei xxix
De nomine dei xxx
De amore dei xxxj
De amore dei ibidem
De sequela dei xxxvij
De desiderio ad deum xxxviij
De gratiarum actione xxxviij
De recordatione miserarum et beneficiorum dei xxxv
De iustitia et severitate xxxvj
De timore dei xxxvij
De mansuetudine et misericordia dei in penitentes xxxviij
De passione christi xxxix
De passione virginis angelorum ibidem
De cicatricibus christi xl
De virtute sancte crucis xlj
De baptismo xlij
De incarnatione xliij
De adventu christi xliij
De resurrectione et ascensione christi xlv
De compassione cordis xlvj

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Ex sacra scriptura quadruplici exposicione — xlvii.
De sumptione corporis — xlviii.
De angelis — lix.
De anima — l.
De corde — li.
De diversis vicijs — lii.
De detractione — liii.
De infidelitate — liiii.
De periculo peccatorum — lv.
16. de septem misericordijs — De exemplo — lvii.
De elemosina — lviii.
De missa et corporis — lix.
De verbo dei sive de predicatione — lx.
De predicatoribus — lxi.
De cogitatoribus et quid homo debeat cogitare — lxii.
De bona voluntate — lxiii.
De oratione — lxv.
De locutione sive de peccato ligne — lxvi.
De detractione — lxvii.
De propria discussione — lxviii.
De opere — lxix.
De temptatione — lxx.
De contritione — lxxi.
De casibus episcopalibus — lxxii.
De lacrimarum effusione — lxxiii.
De confessione — lxxiiii.
De penitentia — lxxv.
De ieiunio — lxxvi.
De virtute elemosine — lxxvii.
De morte — lxxviii.
De memoria mortis — lxxix.
De gloria et felicitate celesti — lxxx.
De gloria et felicitate celesti
De laude gloriose marie virginis — lxxxi.
De xii meritis beate marie — lxxxii.
De nomine marie — lxxxiii.
De benedictione marie — lxxxiiii.
De humilitate marie — lxxxv.
De sanctitate et innocentia beate marie — lxxxvi.
De virtute et dignitate marie — lxxxvii.
De castitate et puritate marie — lxxxviii.
De plenitudine gratie marie — lxxxix.
De misericordia et pietate marie — xc.
De mansuetudine marie — xci.
De presencia dominicum maria — xcii.

De propria voluntate — lxviii.

De beneficiis · xciij.
q̄ maria peccatoribus prestat
De fructu ventris maie xciiij.
De gl̄a et felicitate maie xcv.
De dignitate sacerdotij xcvj.
De penis infernis xcvij.
De iudicio xcviij.
De septem peccatis capitalibus xc ix.
De invidia E.
De ira c i.
De accidia c ij.
De avaricia c iij
De gula c iiij
De ebrietate c v.
De luxuria c vj.
De ebriosis c vij.
∴ De absolvendis a papa c viij.
De absolvendis ab epo si cum zuo tori
De absolvendis ab epo si notorium vel non
∴ De absolucione ppli et epali. c viij.
De cognatione spirituali c ix.
De ieiunio c x.
De penis infernis c xi.
De penis infernalibus
De peccato in generali. c xij.
De utilitate temporis c xiij.
De sequela dyaboli c xiiij.
De diversis virtutibus c xv.
De diversis viciis c xvj.
De amore dei c xvij.
De bonitate et de natura bonitatis c xviij.
De repulsione dampnandorum c xix.
De peccato c xx.
De desperacione c xxj.
De oratione dominica c xxij.
De ieiunio c xxiij.
De dilectione dei et proximi c xxiiij.

Et sic est finis

De vera sciencia et sapiencia

Incipit liber qui vocatur
flores auctorum. Ex his
auctorum floribus. en
collegi meliores. hij
formant mores et nos
ducunt ad meliores. Capitulum primum.

Nichil sciencia sanctius.
nichil sapiencia utilius.
nichil prudencia ne-
cessarius. nichil stulticia
peius. Inter scienciam et sapi-
enciam talis differencia est.
Sciencia ad agnicionem
pertinet. ad contemplacionem
sapiencia. Sciencia temporali-
bus bene utitur. atque in evi-
tandis malis seu in-
telligendis vel affecta-
ndis bonis insistit. sapi-
encia vero tantum eterna conte-
mplatur. Item nonnulli inter
prudenciam et sapienciam ita
intelligi voluerunt
ut sapienciam in divinis. prude-
nciam autem scienciam in huma-
nis negociis ponerent.
Perfecta autem sciencia
est multa bona agere. de
illis laudem non querere
que deus precepit fa-
cere. et finem in utilem se
esse credere dei ...

Hugo

ignorancie. Hugo. Ad facere
sapientur consideracione opus
est et tunc consideracione po-
cius quam suffundit in questi-
gacione. crebris remi-
nisc[enci]is quam argumentis. con-
tra quam stare. Proverbia.
Melior est sapiens viris fortibus
opibus. et omne desiderabile
huic non potest comparari.
Scio enim quod ... sa-
piens est et ... sapiens
est. Sapiens est qui hu-
milis et mitis est et de
amicorum in ...
sapiencia ... et ...
...s ... prudentes
dicuntur qui omnibus ... re-
gunt mores ut et in-
veniant ... dicis.
Quod stulti sunt qui se-
viunt quod perdunt et
minus dicunt. De vera sciencia
et sapiencia sic dicit
Alcwinus capitulo primo.

Primo docuit querendum
est scire que sit
vera sciencia. vera sa-
piencia ... sapiencia huius
seculi stulticia est apud
deum. Sciencia vera ...
principio ... ...

Et sapiens perfecta est dum
colere sed mandatorum eius
veritatem, quia in hiis duo-
bus vita beata acquiritur.
sicut ait Ps. Diverte
a malo et fac bonum. Nec
tamen sufficit tamquam mala non
facere. nisi etiam et bona fa-
ciat. nec bona facere nisi etiam
et mala omittat. Omnis
enim qui sic sapiens est pro-
culdubio beatus erit in
eternum. Beata vita est
cognitio divinitatis. cognitio
divinitatis virtus boni operis
est. virtus boni operis est
eterne beatitudinis fructus.
Ysidorus. Scire motus
astrorum. scientias philoso-
phorum non faciunt quem-
piam beatum sed vita recta
cum fide. Utile est multa
scire et recte vivere. et si
utrumque non valemus. me-
lius est bene vivendi studia.
quam multa sciendi studia
consequamur. Quomodo
sapiens vel patiens esse
potest. qui nec sapientiam nec pa-
tientiam dei habet. Vere sapiens

ille est qui et humilis et mitis
est. Apostolus ad Ro. Prudentia
carnis mors est, prudentia vero
spiritus vita et pax est. Beatus
Hec est via prudentia
qua homo discernit
bonum a malo. et declinat
a viciis. et transit ad virtu-
tes. Invenisti plane
sapientiam si prioris vite
defleas peccata. si huius seculi
desideria perpendis. si
eternam beatitudinem magno
desiderio concupiscis.
Sapientia est lucerna in via
paradisi. Augustinus. Melius
est scire infirmitatem nostram
quam naturas rerum. Laudabi-
lior est animus cui non est
infirmitas sua. quam qui
ea sperata siderum vias
scrutatur. Beatus. Sunt qui
scire volunt non tantum ut
sciant et turpis curio-
sitas est. alii ut ipsi scien-
tur et videantur et turpis
vanitas est. Alii ut scientiam
vendant et turpis questus
est. Alii ut edificent et

prudentia est. Hostinus
Sapiens dum laudatur
in facie. cruciatur in mente.
Sciens qui de futuro non
premeditatur. in omnibus incau-
tus decidit. De fi-
de capitulum .ij.

Cognitio divinitatis est
scientia veritatis per fidem
discenda est catholicam.
quia sine fide impossibile est
deo placere. Ysidorus. Vere
beatus est qui et recte cre-
dendo bene vivit. et bene
vivendo fidem rectam
custodit. Sed multi tamen
fide christiani sunt. opere
vero a christiana doctrina
dissentiunt. Igitur si-
cut otiosa est fides
sine operibus bonis.
ita nichil proficiunt
opera bona sine fide rec-
ta. Unde Jacobus apostolus
ait. Quid proderit
fratres mei si fidem di-
cat se quis habere. opera
autem non habeat. nun-
quid poterit fides sal-
vare eum. fides sine
operibus otiosa est. Ita
fides sine operibus
mortua est. Ipsi quid
prodest si impie agens
deum voce invocas
quam operibus negabis
deus in bonis operibus
fidelium non tantum conside-
rat oblationis magni-
tudinem quam fidei firmi-
tatem. Quid quam
potentie. quid quid virium
videmus in hostibus
corruptione vite nostre
nostraque infidelitate
nutritur. Omnis
qui magis vult opera
dei examinare quam
credere. non sequitur anime
sensum sed carnis
errorem. ideo non discu-
tiamus qualiter deus
de virgine natus sit.
sed credamus et uni-
genitum dei filium
deum et hominem confite-
ntes in offensam te

neamus celestis fidei
veritatem. Ber. Magna
fides magna meretur. Fi-
des enim mortua in-
potens est ad debi-
tas actiones. Be-
da. Sicut fides est
origo virtutum. ita
solidamentum est vitiorum
in credulitate persistere.
Item de fide quere. Ja-
nus fides est totius
iustitie fundamentum quod
nos a peccatis pur-
gat. mentes illuminat.
deo reconciliat. spem re-
munerationis future
inspirat. auget virtu-
tes et confirmat. Am-
brosius. Inter omnia que ar-
tent diabolum nichil ita
arcet et removet eum
a nobis sicut oratio sym-
boli in hora mortis
que in summo fervore di-
cenda est quia minuit
nos contra diabolum.

Nec spe ysidorus iii.
Nemo quamvis
in genti peccatorum
pondere premitur de bonitate
divine pietatis desperare debet.
Sed spe certa mine illius
indulgentiam sibi cotidi-
anis debet de peccatis lacri-
mis. Cum male agere
non desistunt. Vana
spe indulgentiam de dei
pietate requirunt. Quam
recte quererent. si ab
actione prava cessarent.
Metuendum valde
est ut neque per spem venie
quam promittit deus per
severantiam peccemus. neque
quia peccata iuste astringit
veniam disperemus. Sed utrumque
periculo evitando et a ma-
lo declinemus. et de pi-
etate dei veniam speremus.
Cum enim veniam de pec-
cato desperat. plus de
desperatione quam de culpa
cadit. desperatio auget peccatum.

nota

desperatio peior est omni pec-
cato. Corrige igitur te
ipsum et in dulgentie hen-
to spem. nulla tam
gravis est culpa que
non habeat veniam. ¶
In omni tribulacione angus-
tia spe ad solacium
superne pietatis cur-
rendum est. quia in illo solo
omnis spes et salus sine
dubio consistit dicente
propheta In deo salutare
meum et gloria mea deus
auxilii mei. et spes
mea in deo est. ¶ Ubi cum
sencio te iratum tunc
spero te propicium. quia cum
iratus fueris mine re-
cordaberis. ~~Ysidorus~~ ¶
Sic spera miseriam et
iusticiam metuas. sic
te spem in dulgentie eri-
gat. ut metus iehenne
semper te affligat. De con-
fidacione spei. iiii.

Spes est expectatio fu-
ture beatitudinis re-
mens ex dei gratia et mer-
cis precedentibus. ¶ Spes
multum in hoc commendatur.
quia sacra scriptura ad
spem totius nos hortatur.
Ps. Sperent qui nouerunt
te. Item sperate in eo
omnis congregacio populi etc.
Item in domino sperantes
scriptura dicit esse beatos
Ps. Beatus vir cuius
est nomen domini spes eius. Ideo
beati omnes qui confi-
dunt in eo. vere beati
quia optata eis suc-
cedunt. ¶ Item spes
que in deo est que nec fal-
lit nec falli potest hominem
non confundit. Ps. In
te speraverunt et non sunt
confusi. Id. Inte domine
speravi non confundar in
eternum. ¶ Augustinus. Respice
ab initio mundi usque
in finem et vide si aliquis
confidens in domino derelic-
tus sit. ~~Ecc. ii.~~ Nullus

in eo sperauit et confusus
est. Item spes oliua per
fontem diuine misericordie ir-
rigata. Psalmus: Sperantem
autem in domino misericordia
circumdabit. Caritas in
bonus est dominus sperantibus
in eum. Ideo dicit
Psalmus: Ego sicut oliua
fructificaui speraui
in misericordia dei. Item secu-
rum facit sperantem
Psalmus: Iudeo sperabo non
timebo quid faciat
mihi homo. Item spes fa-
cit patienter ferri onus
presentis miserie. Gregorius:
Ille bene nouit in exte-
rioribus miseriis sub-
sistere qui scit de spe
interna semper gaudere.
Item saluat. Psalmus: Qui
sal fa. sperantes in te.
Bernardus: Spe salui facti
sumus. Item forte efficit.
Ysaias xl: Qui sperant
in domino mutabunt for-
titudinem scilicet propriam in diuina.

felix commutatio. Dicit ipse
de suis viribus diffidens
de dei adiutorio confi-
dit. quasi propria fortitudine
se exuens. dei fortitudine
se induit. prout de ipso
confidit. Bernardus: nichil omni-
potentiam uerbi i. filii dei
clariorem reddit. quam quod omni-
potentes facit omnes
qui in se sperantes. Item
spes baculus est susten-
tans quo qui innititur
non corruit per peccatum.
Psalmus: Non derelinquet
omnes qui sperant in eo.

De caritate gratie v. Gregorius

In preceptis dei caritas
optinet principatum sine
cuius perfectione nemo deo
placere posse testatur
Apostolus: Qui nec marti-
rium nec seculi contemp-
tum nec elemosinarum largitio-
nem sine caritatis officio
quicquam proficere posse ostendit. Item Gregorius: Caritas
est dilectio dei et proximi
in toto corde et in tota
mente. Quecumque uolumus ut
ut nobis faciant ho-
mines. ita et nos faciamus

anima mortuum est. ita et
anima tua si sine caritate
fuerit mortua deprehendi
potest. Ponite corda
vestra in virtute eius
in caritate. Aug. Ca-
ritas est virtus virtu-
tum. et ut ita dicam
anima virtutum. quia sicut
corpus non vivit sine
anima. sic nec virtutes
sine caritate. Cari-
tas non impletur nisi in
vicem onera porteus.
sicut omnibus humori-
bus super eminet ole-
um. sic super eminens
via est caritas pro-
veniendi ad celum.
quo habe caritatem et omnia
habebis. quia sine
caritate nil proderit
quicquid habueris. Cari-
tas est concordia mun-
dum. societas electorum.
vita beata. animarum et
angelorum non nisi per

caritatem inventum. Ieronimus
Merito omnium malorum
rerum est. qui contra caritatem
agit ex qua pendet
omnia bona. Ambrosius
Sicut sine via nemo
pervenit quo tendit. sic
sine caritate que dicta est
via non ambulare
possunt homines sed errare.
Augustinus Quamvis non
non nulli fide atque
operibus sanctis videantur
esse participes. quia pri-
vantur a caritate fraterne di-
lectionis nullum habent in-
crementum virtutis. Ca-
ritas nullum premium cari-
tati pensatur. Caritas enim
virtutum omnium optimum
principatum. Caritas
in dilectione dei et proximi
constat. Servat autem
in se dilectionem dei. qui
a caritate non dividitur proximi
cum a fraterna societate

tam parum subuenire
satagunt. ciciq sub
uenirent cani qui a
lupis morderetur. quam
homini qui nimia pe
nuria grauaretur uel fa
me moreretur. Fulgo. Ca
ritas est fons et ori
go omnium bonorum ope
rum. hec est scala per quam
ad celum ascendere po
terit omnis xpianus. hec
est uia in qua qui
ambulauerit errare
arcitudine non poterit nec
timere. ipsa actus dirigit.
ipsa nos protegit. et
ad deum qui uera cari
tas est absque dubio per
ducit. Gre. Caritas
uera est cum in deo diligi
tur amicus. et propter deum
diligitur inimicus. Caritas
in dilectione dei constat et
proximi. de hoc petrus
manducator ait. preci
pimur deum diligere ex to
to corde. ut scilicet omnes
cogitationes nostras ad
ipsum referamus. ex tota
anima. ut omnes affec
tiones anime ad ipsum
dirigamus. ex tota mente. ut
omnem rationem qua
intelligimus et discernimus
in ipso habeamus. In di
lectione proximi duo no
tanda sunt. ut quod tibi
non uis alii ne feceris.
et que uultis que fa
ciant uobis homines. et
nos illis facite. Con
grue diligitur proximus
dum beneficiis fouetur.
et nullo malo leditur. Aug.
Si piger es ad perscru
tandum thesaurum
scripturarum. non sinis pi
ger unam margari
tam corde ferre. et quo
uis securus ambula.
hec ingerita est diliges
~~diliget~~ d. d. c. et prox
imum c. et c. Omnium di
uiciarum scripturarum quod

patiencia. vincit, qui patitur.
si vis vincere. disce pati.
Leo magis plangendus
est faciens malignum quam pa-
ciens. quia iniustum sua
malicia deiungit ad pe-
nam. iustum autem tolleratio
ducit ad gloriam. Ecce
facta precedencia recolamus.
ut non erunt grauia que
tollerauimus. Crisostomus
In mensum pondus future
glorie leue facit presentis
temporis tribulacionem. Item glorie
consideracio premii mu-
nit vim flagelli. nec
nequam seruari potest concordia
nisi per solam paciencia. Augustinus
Qui fuerit pacientior ad
iniuriam. potencior con-
stituetur in regno. Dominum
ihesum legimus doluisse.
fleuisse. extimere fati-
gatum fuisse. opprobria et
contumelias sustinuisse.
sputa. flagella. crucem
suscepisse. nunquam legimus

eum risisse. aut prosperatum
in presenti fuisse. hinc
spe gaudeant omnes
electi cum ceperint ad
uersitatibus mundi fatigati.
scientes procul dubio
aliam creaturam nostram non
esse. per quam possint ce-
los penetrare. Teste
apostolo qui ait. Oportet
nos per multas tribulacio- Nota
nes uenire ad regnum
Hinc est quod dominus ait.
Beati estis cum male. vos
homines. et per se non fuerunt et
dixit omnia aduersus vos me
propter nomen meum. gaudeo in illa die.
et exultabo. ecce merces vestra
multa est in celis. Iohannes ut ve-
rus paciens in aduersis la-
boris presentis ante oculos
tuos precinge mercedem.
quam oculus non vidit. et
Ysidorus. Pacientia ab
uno ferendum est quod multis
accidit tollerabile. huius vite
pena breuis est. et qui
affligit et qui affligitur

Ergo quicquid afflictionis terrena proponat aduersitas leue erit si
inspiciamus quid biberit ad crucis patibulum qui nos inuitat ad celum



non adversa patientur. tollat.
deum citius sibi placat. Co-
gita homo quoslibet cru-
ciatus. et quaslibet seculi pe-
nas intende. quascumque tor-
mentorum et dolorum ac-
cubitatis comparatione hec tamen
iehenne. et leve et breve est
quod patris. Iste pene te-
perales sunt. ille eterne
sunt. Si conversus fueris emen-
dato est quod patris. Qui
hic castigatus corrigitur
illic liberatur. Cum non
sub flagellis non corrigun-
tur. et temporali pena et eter-
na dampnantur. De flagel-
lo dei gregorio vii

Quosdam prescientes deus
multum peccare posse.
in salutem flagellat
eos infirmitate corporis
ut ne peccent. ut eis
utilius sit frangi lang-
uoribus ad salutem. quam
remanere in columnes ad
dampnationem. Semper

deus hic puniri tollat
quos ad perpetuam salu-
tem parat. Clericis suis
deus iter asperum facit.
ne dum delectantur in ma-
obliviscantur eorum que
sunt in patria. Augustinus
Si exceptus fueris a
passione flagellorum.
exceptus eris a vitio fi-
liorum. Ubi illi irascitur
deus quem peccantem non
flagellat. nam quem fla-
gellando non emendat.
in futuro dampnat. Augustinus
Cum te flagellat in hoc
seculo ad emendationem tuam
facit non ad dampnationem.
flagellat enim deus ut
vivat quem diligit. Ro-
tandum est. sicut flagel-
lum dei ad iusticiam
erudit bonos. sic pa-
cientia dei ad penitentiam in-
vitat malos. Ideo deus
terrenis felicibus amaritudinem
miscuit. ut alia quaeratur feli-
citas cuius dulcedo non

no fallax est. Ioh. Quanto
in hoc seculo persecutione
vel inimicorum potentia pau-
pertate vel infirmitate affli-
ci fuimus. tanto in futuro
maiora premia consequamur
Cum flagellamur si pa-
cienter patimur si mali fu-
imus. peccatorum indulgentias
accipimus. Si boni beatitu-
dinem consequemur. Cor-
rectio dei tribuit vitam aeternam
et facit resurgere a peccatis
Quando deus per flagella nos
corripit. tunc in terre in regnum
compellit. De pace Basilius viii

Pacificus homo consor-
cium angelorum merebitur. Invidus autem
particeps demonum ef-
ficitur. Quia enim am-
plectitur pacem in sue men-
tis hospicio mansionem
preparat Christo. quia Christus est
pax. et in pace requiescit.
Sequere pacem habeto cum
hominibus. cum viciis autem
bellum. Nunquam deus
aliquem in pacem deduxit.
qui hic sine pace vixit.

Ysidorus. Quando coniuciaris
pro peccato contigit tibi. quando i-
nimicaris. mala tua id
faciunt. Clemens ad ipsa per-
tabis. si pro quibus inferuntur
intendis. Si contristaveris
in aliquo fratrem tuum satis-
fac illi. Si offendas
quemquam reprobiciare ei pre-
cem non dormias nisi reverta-
ris ad pacem. Pacem
ama. pacem cum omnibus
retine. odientes ad pa-
cem in vita. discordantes
ad concordiam revoca. ex hoc
dei filius eris. et reconsilia-
bitur tibi deus. Basilius
Homo pacificus in tran-
quillitate semper est. Invidus in
perturbatione semper est. Paci-
ficus ita est ut vinea
honusta fructu copio-
so. Invidi autem opus in
egenia et miseria detinet.
Pacificus consortium an-
gelorum merebitur. In-
vidus particeps demonum
efficitur. Sicut pax in

mente illuminat. ita in media
occulta mentis excecat
Sectare ergo fili deside-
rabilem virtutem pacis.
ut fructus pacis possis
acquirere. et excecare in-
diam ne malorum fructi-
bus repleatis. Dicit ij
Xpc. Beati pacifici. quoniam
filij dei vocabuntur. Ioh.
Si Xpc credentium pax
est. quicumque sine pace est
consequenter. nec Xpm habet. Bern.
Qui habet pacem teneat eam.
qui non habet. querat eam
Enim qui inventus fuerit
sine ea a patre exhere-
dicabitur. a filio refutabitur.
a spiritu sancto reputabitur
alienus. Nunquam deus
in pace deduxit qui
habet sine pace vixit. Aug.
Qui recipit corpus Xpi et non
habet pacis unitatem non
recipit pro se sed contra se. C
Pacificus est qui inter dis-
cordantes pacem servat
vel pacem facit. Non

vult filius dei dici qui pacem
non vult complecti. Pax
dilectionis est mater et nutricia
sanctitatis. in deo semper ma-
net et deus in eo. qui
pace sancta manet. Greg.
Si filij dei dei vocantur
qui pacem habent vel faciunt.
Proculdubio sathane filij
sunt qui pacem destruunt
Beda in omelia. Apparens Ihesus
discipulis statim eis
pacem mandavit. ut
per suam passionem et re-
surrexionem angelicam et huma-
nam naturam reconciliatam
esse ostenderet. Resurgens
Ihesus a mortuis pacem
discipulis commendavit. ut
illos ad suam visionem
futuros monstraret qui pa-
cis concordiam corde et cor-
de servarent. Aug. Pax
est mentis tranquillitas.
simplicitas cordis. vin-
culum amoris. Ioh. Si
Xpc pax est consequenter qui

Nota
Nota

pace caret xpm non habet
ubi pax et ibi omnia
prosperabuntur. Gregorius. Tres
sunt gradus pacis
habentur audire. loqui sa-
pienter. oportune tacere.
Qui habentur audit non
contendit. qui sapienter lo-
quitur contendentem vincit.
qui tacet proximum non offen-
dit. Apostolus. Pacem sec-
tamini et sanctimoniam sine qua
nemo videt deum. Gregorius.
Beati pacifici quia filii dei
vocabuntur. Quisquis
ergo dei patris heres
desiderat filius existere.
hanc custodiendo non
remaneat. Cyprianus. Pacificas
homines et concordes deus
in domo sua habitare fa-
cit. De iniuriarum remissione

Augustinus

Passus es ignosce
ut ignoscatur tibi.
Unusquisque talem in-
dulgentiam accepturus est
adeo qualem et ipse dedit
proximo. Qui fratrem sibi tar-
dius reconciliat. deum tardius
sibi placat. Frustra sibi
ipsi propiciari deum querit.
qui proximo suo placari
negligit. Non potest pec-
cata dimitti ei qui in se
peccanti peccata non di-
mittit. Hinc sapiens
dicit. Relinque proximo
tuo nocenti te. et tunc
de peccanti tibi peccata sol-
ventur. Hinc Cesa-
rius ait. Qui in se
peccanti clementer indul-
serit. nullius peccati vesti-
gium in eius anima remanebit.
Item Augustinus. Qui
leditur non desinat
orare pro se ledentibus.
alioquin iuxta dominum sententiam
sicut vulnerum medi-
camentum si adhuc ferrum in eo
sit non proficit. ita nichil
oratio eius proficit cum adhuc
dolor in mente et odium
manet in pectore. Nota
quod per septem dominus

uoluntate. nō q̄ deb-
ſtructibꝫ corp⁹ ſtau-
ſteris. q̄ ſanus mo-
bꝫ affligēs. q̄ nimis
angustia torq̄ens. ſo
rem q̄ p̄ceptus dei
uiolaci ſ̄ ꝺ̄ꝫ ſit t
ſanus cū ꝺ̄ꝫ ſanitas
ſ̄ tuus. ꝺeſtructo tu-
ū nimis exercitat.
t q̄ne p̄ſtat t̄ſ ꝫ
torq̄ens. ſecuꝝ eo
rancem. ſlagellatus
ꝝ ſanus. Quo t̄ ſimul
ꝫ ſimplicij q̄ ſint ꝛ
p̄ti ꝺe ſanctitate ꝫ ſalu
tis ꝑſonis. di.

Sanus bonus bonus
ſcribꝫ p̄ncipes
ſynagoga ekongabit. ac
ci ī turbā p̄ſencialꝫ
ſpm̄ nō obtinuit t
ū. plagaꝝ ſ̄ mor-
tē bit ſi bꝫ uitens
conſilia ꝛ opꝫ tuis
ſemp addit gr̄ie
Iuſtꝰ tuo ꝺei aux-
ſore. oīa ꝺne ſcte
ꝫ ꝺne ꝺono aſſiſte.
ut mitt tuꝫ adſtbuc
ꝺei. ꝺe ſpe bꝫ ui-
te ꝫ gr̄ie bone uite
uita ꝫ etna. Q̄ ſortung
uſq̄ mx ablue. aſſi-
ꝺua, ſpe. ī mary
gr̄ie. ꝺonē con-
ſcie. ꝫ parandi tō
mute ī ꝑpetuꝫ. Beati
ſtrue prut pcipi
patry exaſperatꝫ
ī ꝺeſtatu ꝺ̄ꝫ. Q̄ſtum
no aſſpexit uſuti
ꝺum mitexpit.
Auctꝫ negat ꝺiſ-
ſpctē q̄ſ ſenſpit
ſe. Q̄ortuꝫ ſicut
ī ſpuſa ſit ſoluꝫ.
ſit exaſpte. ny ſo-
cuꝺe ſit ꝑpiꝫ
ſpe q̄ ſtuꝫ ꝺſta co-
ꝑpit. ſ̄ ꝑpiꝫ ſe-
uoſt ſtigna ꝑdit
ſtuꝫ ꝺne ꝑtry
q̄ ꝺſtuctꝫ aſſpexit

videtur homini quod nullum sit. quia
homo dolorem et pudo-
rem perdidit. nec dolet
quod non dolet. talis non
pro sano sed pro mortuo
computandus est. Ubi
visitata culpa obli-
gat mentem nec nequit
quam se erigere possit
adiutorium. si surgere
conatur labitur. quia
ubi sponte diu persti-
tit. ibi cum surgere
voluerit coacta cadit.
Sepe multi a pravis
actibus resilire cupi-
unt. sed quia peccatorum
gravi pondere deprimuntur
ita in mala consuetudine
carcere includuntur quod
per se ipsos exire non
possunt. Iudicit omnis
principiis obsta. sero
medicina paratur. dum
mala per longas con-
valere moras. De
loquacitate et detractione. Y-
sidorus. vij.

Ab ocioso sermone
compesce linguam tuam
Sermo ociosus non erit
absque iudicio. Unusquisque
rationem redditurus est sermo-
num scilicet ante unusquisque
faciem iudicis scilicet stabunt
Cum ociosum nullum non
reprimit. ad noxia cito
transit. Omne genus
mendacii fuit suo pe-
fuge. Mendacio enim
fides tollitur. error
proximo inducitur. Ve-
ritas aboletur. Fel-
lum iustum mendacium.
Omne quod mendacium est pec-
catum est. Omne quod a ve-
ritate discordat nequitias
est. os. ij. quod mentitur
occidit animam. Absci-
de a lingua vicium
detrahendi. de malo
alieno os tuum non
inquies. Non detrahes
peccanti sed condole ei

Detractio grave peccatum
est. detractio grave vicium
est et gravius damnatio hac
sedulis nichil est. De
trahentes non audias.
pari reatu detrahentes
et audientes detinentur.
et pari pena puniuntur.
Apostolus. Adducet dominus in
iudicium omnia verba ociosa
Gregorius. Qui hominem cogit
ad periurium homicidam
vincit. Detrahentes
Christo in membris suis
plus eum offendunt.
quia animas creatorum
occidunt. quam qui eius
corpus die tercia resur-
recturum perimerunt.
Cave sic ne aliis de
trahas. aut alios audi-
os detrahentes. Ber.
Detractor et libens
auditor utrique dyabolum
portat in lingua. Ysidorus
Non solum tenetur
qui falsum de alio pro-
fert. sed et hiis qui cito

criminibus aurem prebet. Quod
homo non ledat proximum nec
vel facto. Basilius xiii
Omnem blasphemiam
longe facito a te.
nec superflui sermones
non procedant de ore
tuo. quia et pro ociosis verbis
redditur summus rationem
in die iudicii. Ne ad
maledicendum quem
quam assuescas lingua
tua. que ad benedicendum
deum et laudandum creata
est. Ysidorus. Testimonio
tuo nulli noceas. ad
nullius periculum vocem
testificationis tue ad-
hibeas. Talis esto aliis
quales cupis te alios
esse cupis. Quod non
vis pati ne facias.
quod non vis fieri tibi alteri
ne inferas. Non in-
feras aliis mala ne
paciaris similia. Lex quam
te constringit iudicium.
quod aliis ponis ipse

no reddere In malis a
promissis rescinde fidem
Iniuriae voto muta
decretum. quia tante
vovisti non facias
Impia est enim promissio
que scelere adimplet
Basilius Si castita-
tem vovisti omni fide-
litate id solvas. quia
dominus quasi suum id
requirit a te Nulli pol-
lutioni deus deus vult
misceri membra tua que
sibi sunt deducta
et promissa Vide ergo ne
te seducat corporis
pulchritudo ne decorem
anime amittas Dominus
mecum. Cum vo-
tum vovereris domino deo
tuo non tardabis red-
dere. quia id requirit
deus tuus Ex ante
dominum nichil est occultum ysidorus
xv Omne verum absconditum

tum non celabitur Pau-
dicitur omni in manifesto quod
in occulto admittitur
Ita ergo peccata declina
quia celare non possis
Nichil celatur ante dominum.
videt occulta que fecit
abscondita. Deus
verbi presens est. Deus illum
nullus locus est cognitioni eius.
nichil occultum est Ipse
cogitationes novit. Ipse
cor inspicit Nemo
potest et semetipsum effugere
et si te non dampnat
publica fama condempnat
tamen propria conscientia. Boecius
Divina providentia vo-
luntatis ictu cernit omnia
que fuerunt. que sunt
et que erunt. nullum ergo est
factum. neque nulla poterit
esse Voluntas quam divina
providentia falli nescia
non consenserit Magna
est nobis indicta bene fa-
ciendi necessitas. quia

Beatus homo qui se
potest cognoscere et despicere
probare et improbare. nam
qui sibi displicet deo
placet et qui sibi vilis est
deo carus est. Quantalibet
sit iusticia operis apud
internum iudicem nulla est
si hanc elevat timor
mentis. Nec vera perit omne
quod agitur si non sollicite
in humilitate custoditur.
Super tam firma sedit
humilitas perfectio ut scilicet attende-
dat homo quid fuerit
ante ortum et quid est ab or-
tu usque ad occasum et
quid erit post hanc vi-
tam. Unde superbiat homo
rememoraris quod fuit vi-
le semen in utero. Post mo-
dum in desertum vite huius
miseriis expositus et
peccato tandem cinis et es-
ca vermium futurus in

tumulo. Unde superbit homo
cuius concepcio culpa nasci
pena labor vite ne-
cesse mori. In turre hu-
militatis et mansuetudinis speculum
domini tuum ihesum verum. Uni-
verse factorem creature. Tremen-
dum iudicem vivorum
et mortuorum quoniam futurum
ante pedes hominis etiam
proditoris super genua
se curvantem. Disce
miser homo quia mitis est et
humilis corde et confunde
in superbia tua. erubesce
in patientia tua. Humili-
tas gratiam dei confert
et servat gratiam acceptam.
quia non requiescit spiritus
domini nisi super humilem et quie-
tum. Vi. Esto in humilitate
fundatus. esto omnium uti-
lius. nulli te preponas.
ex iniciis omnes superiores
omne tibi. Quamvis summus
sis humilitatem tene. si

humilitate tenueris glo-
riam habebis ¶ Cave
iactantiam. non in te in-
sollerter extollas. alas
superbie non extendas
Nichil de te presumas.
nichil boni tibi attribuas
De iustitie virtute nul-
la elatione superbias. de
bono opere non gloriaris
Qui extollitur humiliabi-
tur. qui exaltatur de-
icitur. De alto casus
gravior est. Superbia an-
gelos de celo iecit.
sublimes humiliavit.
humilitas autem casus nes-
cit. Cognosce homo
quia deus humilis venit
fac obedientiam usque ad mor-
tem. ambula humiliter se-
quere exemplum eius. noli esse
erectus. sed vilis et de-
spectus. Gre. Qui ce-
teras virtutes sine humilitate
congregat. quasi pulverem
inventum portat. Humili-
tas non est in collo sed in
corde. Ille vere humilis
est in bonis qui non
est defensor in malis
Aug. Humilitas est fun-
damentum virtutum
Unde si vis fabricam celsi-
tudinis construere. cogi-
ta de fundamento humilitatis
in quo fundamentum
spirituale edificium constru-
ctum crescit in templum
sanctum domino. Item humili-
tas est custos virtutum
Unde gre. Perit omne
quod agitur si non in humilitate
custoditur. Item est
supplementum omnium de-
fectuum virtutum. B. Super cantica
dominum ius hereditatis non possumus
quia in multis offendimus
omnes nec eum fallere
possumus. quia ipse novit
abscondita cordis. quo
ergo. nisi ad remedia humilitatis
debemus tota mente confugere.

z q̄ p̄ no ꝯtemg ⁊ alijs
inimicꝫ. de ea ſuppleꝫ
atur. Jtem ⁊ doctrina
ſapie dr̄ dicit. Ego
homeg Jux ſapiēs ſa-
pientior ⁊. q̄ ꝯtemſ
nr̄i. Jtem ⁊ claues
pdicti vñ in aperu-
ione dr̄i cor ꝫ ſcr̄ſ
tu captum. ꝑ. ſcm q̄
modum ſcr̄ā intue
ꝑ. hūtēs Jtem vnc̄
dr̄i ſancte ⁊. intuſ
⁊ hūtēs q̄ mēz. mag-
nam dei mitz. ⁊ ſcd
mūt vnam. et ſic.
alta ſcientiā. ⁊ ynā
ipſeni. ita deꝫ ſcribus
ꝑſpicit. ⁊ hūlibꝫ dat
gram ſicut dicit ꝑ.
rum de ſuis mitꝫ
q̄ſidit ⁊ ꝑſpūs mitiꝫ
ꝓbus. cor. illig no
mittat ꝑ. q̄ plenꝫ
⁊ alijs [illegible] dr̄
cude ut aprendas.

humiliate ut a ſcalpro
ſcripto pūs ny oculꝫ
tuus. ut ſic magnꝫ ny
oculꝫ dei Christus
dꝫ mortalꝫ ⁊ alijs
angelis ut nos equaliꝫ
angelis. ⁊ q̄ ꝑ vñ
non humiliat ꝫ
humilis ꝓhomic ſacrꝫ
⁊. crubegat homo
ꝛc ſimplꝫ Christi hu-
ſus nr̄ q̄ ſcr̄ſ
ſt nūdo ſuo ſeligꝛ
⁊ ꝑ. nūdo humilitate
ut ſcias apd dr̄m ꝫ
ſt. abſtrondata ſcū-
tate. ſcientia. y. hu-
militatꝫ ⁊ ꝑmiſ/hu-
litas ſcientiaꝫ ⁊ mitis
q̄ q̄ſita humilitas hu-
miliat. ſc ꝛ. uſq; ad
ſpūa. vncta. alapha.
⁊ flagella. ⁊ uſq; ad
mortē no q̄ſiꝫ ſ ſcr̄
anima ꝺ̄ opi mitꝫ ut
ſint. ſi no ny hūtꝛ
ſubtrahꝫ. Exurge ꝛ. deꝫ

fugit a te. humilias te.
deus descendit in te
~~[illegible]~~ Descende ut as-
cendas. humiliare ut ex-
alteris. ne exaltatus hu-
milieris. Humilitas exi-
mia virtus est. hec de terrenis
hominibus facit celestes.
per hanc diabolus superatur.
per hanc eius laquei vita-
tur. Vir humilis est deo
similis. et in pectoris sui
gestat eum. Superbus
autem cum deo sit odi-
bilis dicitur est similis deficiat
ergo superbia tua ut
in te maneat virtus
dei. Krumme pro omnibus
humiliari studere quod est omnium
virtutum sublimius ut ad
perfectionis fastigium
contendere possis. quantum
enim humilior fueris tantum
sequetur te gloria dei al-
titudo. In summo honore
sua ma[illegible] tibi sit humilitas
Tanto sis maiore humi-
litate conspicuus. quanto
eius es magna dignitate

plerus. Sap. quanto mag-
nus es humilia te in
omnibus et coram deo in-
venies gratiam. Basilius
In omnibus operibus tuis
humilia te coram deo.
et non erit gratium quod
quod perficitur cum superbia
Quod autem fit humiliter
acceptum est eius gratum
Fili pro omnibus humiliari
studere qui est omnium virtutum
sublimior ut fastigium
possis ascendere. Vir hu-
milis deo similis est et in
templo cordis sui ges-
tat eum. Superbus cum
sit deo odibilis. dyabolo
est similis. Humilis cum con-
sumavit omne mandatum
michi se testatur fecisse.
et omnes virtutes anime
sue celare festinat sed
divulgat opera eius et
exaltat. et clarum effi-
cit illum et in tempore precium
suarum. quod postulat
impetrabit. Ambrosius Vis

ut quiescat in te spiritus
s. esto humilis. castus. et
quietus. Humilitas est
fundamentum sapientie. radix
bonitatis. lux decorum.
gradus honoris. hec est vir-
tus qua nulla gratiosior
apud deum. nulla utili-
or ad meritum. nulla secu-
rior ad premium. Hu-
miliare nos debet mor-
tis necessitas. vite
brevitas. lapsus assi-
duitas. surgendi
difficultas. miseriarum
multiplicitas. omnipotentis
dei positas. et superbo-
rum angelorum infe-
licitas. et eorum irre-
cuperabilitas. Gen.
Non dum felix es.
si non turba te deri-
det. Si felix vis
esse. stude te primum
contempnere. et ab aliis
derideri. et contempni
velle. Sunt deriso-

res deriso deteriores.
Origen. Omnis elatus
similis est demoni. cum
ergo humilis et quietus non
fueris. non potest in te habi-
tare gratia dei. Ambr.
Quanto quis per deum
despectior in hoc seculo
habetur. tanto magis
in celo exaltabitur.
Gre. Cum humilis
et quietus non fueris. non
potest in te habitare gratia
sancti spiritus. Illum faci-
et humana derisio deo
proximum. quem ab humanis
pravitatibus vite innocentia
servat alienum.
Lumine intelligentie humi-
litas aperit. altius con-
templatur divinum lumen.
qui profundius se dimit-
tit per humilitatem. Isidorus
Humilis dicitur quasi humo
acclivis. id est unus in
herens. Tanto quisque
apud deum erit pretio-
sior.

ꝑ. ſſi aliquo ꝑpedimẽto
ingꝝ ſtudi dꝫ obe-
mꝑo ille cui ſuppa-
nit hoſpes adſomi
amigꝝ ꝓuꝫ. tu uo
hoſte ꝑſtrato in chriſto
celeſtem eo ſanctiꝝ
amicꝝ mutibꝫ. ꝛc. ꝑ
ſalomone tedio tremmy
rapit donatꝫ. tu uo
ꝑſpitali clamne ꝑ-
mitto q̃ſqꝫ celeſte
ſyꝝ. ſpuloꝝ. ꝛ. ame
uerũ expelle alband
nid ut ũtutꝫ ame
q̃ſumꝫ poſſ. audiꝫ
ſit ũtuꝫ ame. ꝛ ꝑ mag-
my ꝛ q̃ſit ſtumꝫ
ꝫ ame diligẽ dñy. ꝛ da-
re ꝛ. ſi no diligit
deꝫ. Virtꝫ ẽ ame pri-
cipium ſeſtũ ꝛ abomi
ꝺ pricia ꝺſtrucꝺe Virꝫ
ꝫ anime caſtitate ſpũ
te. ꝛ amꝝ voluptate
carnis ſubmigꝺe mẽti-
bꝰ Virtꝫ ame ꝫ mẽd
glam ꝺſtrumpẽꝺe. ꝛ ſpm
tũ ſpũde C Virtꝫ ame
ꝫ vitate cumplectẽꝺe
mdacia fugẽ Virtꝫ
ame ꝫ iuſtã ꝓſtibẽ. ꝛ ſſi-
tore ꝛ ſpũe. patrem
diligẽ. ꝛ ꝛ vidiam ꝺce-
ctiare Virtꝫ ꝫ anime
accidiam fugẽ. ꝛ auã-
ricia ſſpẽ. ꝛ gulam
ꝛſtinẽte ſtas ꝺuteꝫ
ſecũꝺe porꝫ obtinẽ
ſi ſeculaiam cuꝛaꝫ ne-
gligẽcꝫ. ac ꝛdiuẽte
ꝛ ſtrumꝫ celeſtia ſpe-
ſubꝫ C Exto ꝺ ſi mẽ
diligẽ dñy ut ꝛoibꝫ
actibꝫ placeaꝫ illi
Qui deum diligit
eꝫ ꝓcepta cuſtodit
q̃ deꝫ diligit ꝓxi
filiꝫ deꝫ vobꝫ. qui
mẽte ipm cdit. uo-
ſtruꝫ filiꝫ dicit. q̃
q̃ ſi. uo vo. mon
cupiaꝫ ꝓmo eiciẽ
ſed ꝛdito ame ꝫ ſpũ

et melior corpore tanto pla-
ga et vulnus anime periclo-
sior est quam plaga
corporis. Anima est
substantia a deo creata.
invisibilis incorporea.
immortalis. deo similitudinem
ymaginem habens creato-
ris sui. vita nostra dilectio
est. Quidam mors nostra
est. Enumeratur inter dilectio
que sola ducit ad vitam
Nichil preciosius coram
deo virtute dilectionis.
Nichil desiderabilius est
dyaconus extinctione caritatis
Basilius Cum deus
nobis magna beneficia
prestat. nichil a nobis ex-
igit nisi ut diligamus
eum et templo nostri cordis
et corporis ei impolluto
servemus. ut ipse in nobis
habitet. et nos in ipso per-
maneamus. Dilectio dei
morti comparatur. Unde Salomon
Fortis est ut mors

dilectio dei. sicut enim mors
violenter separat animam
a corpore. ita dilectio dei vio-
lenter se gregat homines
a mundano et carnali
amore. Cyprianus Cum
deo manere non possunt.
qui cum Christo concordit
vivere nolunt. De obedientia viii

Obedientia est virtus et
thesaurus preciosus
qua regnum dei acquiritur
quod per inobedientiam est amis-
sum. Unde sic diffinitur.
Obedientia est virtus que
ceteras virtutes inter in-
serit et custodit. Gregorius
Melior est obedientia
quam victima. quia per victimam
aliena caro. per obedientiam
propria mactatur. Ber-
nardus Verus obediens nescit
moram mandatum non pro-
crastinat. sed statim parat
oculos visui. aures
auditui. manus operi. pe-
des itineri. et se totum

dz malum fi' alij. a' dz
bo'm q' agit' ppt obeiam
intermitti. Sic modus
obedire tenendus z ut
bonis in malo no con-
sentias. nec malis contradi-
cas in bono. In malis
nulli ptati obediendum z
Obe' mat' z omnium
virtutum. z inventrix
regni celorum. Meritum obe-
dientie in regno vite erit.
tanto etiam ibi constitu-
etur sublimior. quanto
hic in ipsa obedientia manet
perfectior. De malis
iussionibus non obediendis ysi'us
xix Malum facere iussus
non acquiescas. In
malis noli tamquam ptati
consentire z si pena
compellat. vel supplicium
imminet. Melius est
mortem pati quam pervi-
ciosa iussa complere.
Melius z ab hoc iugu-
lari. quam eterno iudicio dam-
nari. Non solum fac-
tores sed z consci pcti tenentur

obnoxii. Neque enim est
immunis a scelere. qui ut
scelus fieret obediunt. si-
lis z qui contemperat in ma-
lum z qui agit malum
sanctum z obsequentem
par pena constringit. In
omni tempore tene discretionem
Dicit quod boni cum discretione
feceris virtus z. quid quod
sine discretione gesseris
vicium est. Virtus enim
in discreta pro vicio repu-
tatur. De castitate xx.
Castitas z fructus
suavis. que animam odo-
riferam in decore consti-
nat. Beatus magna est
admirabilis z fructus
castitatis. quia ipsa z forma
iustitie speculum sanctimonie.
anime decor. corporis nitor.
ornamentum virtutis. vita
angelorum. ymago dei.
Castitas conscientiam secu-
ram reddit. corporalem qui-
etem prestat. plusquam precep-
tum z implet. z ideo coram

dis. quam dili. Jhesus. ipse tamen
vel familiarem suum prius dum
recubuit. Beda. Sicut
Xpus in summa pace natus
est ut se pacem diligere
ostenderet. ita de virgine na-
tus est ut virginem de-
cus diligere se monstraret.
virgines debent esse
humiles. Her. Pul-
chra permixtio virginitatis
et humilitatis. Non mediocriter
placet deo anima in qua hu-
militas commendat vir-
ginitatem et virginitas
exornat humilitatem. Potest pla-
cere humilitas que virgini-
tatem deplorat amis-
sam. sine humilitate audeo
dicere. nec virginitas ma-
tris deo placuisset. Item
virgines debent caritatem
Ber. Castitas sine cari-
tate lampas est sine oleo sub
tracte oleum lampas non
lucet liz. tolle caritatem. casti-
tas deo non placet.

Cyprianus. Pudicicia
est ornamentum nobilium.
exaltatio humilium. pulchri-
tudo vilium. Odetus re-
ligionis. minoratio crimi-
num. multiplicatio meritorum.
amica dei creatoris omnium.
Thomas. Castitas est
omnium virtutum et fructus
salutis perpetue. Virgi-
nitas est sortis angelorum.
et omnium spiritualium bonorum
possessio. victoria dei in-
imicis. et vite eterne
securitas. De paupertate Ber. xxi
Vis possidere celum
quod angelus apos-
tolum perdidit. utilitatem
paupertatis amplectere
et tuum erit. Ecc.
Congregationi pauperum
affabilem te facito.
Her. Amicicia pauperum
amicos regis facit. sed
amor paupertatis reges
constituit. Gre. Cuncti
stimulo amoris exci-
tatus hic possessa reliquerit.

aggregatur. Ieronimus. Qui aude
colligunt terrena obliviscuntur
celestia. et dum thesauros
in terra faciunt. sancto mori-
entes quod habuerunt amittunt.
Sap. Ex vobis contulit sa-
bia. ~~[illegible]~~ in diviciarum
copia. quod vobis contulit iac-
tantia transierunt omnia sicut
umbra. Mt. Ve vobis divi-
tibus qui habetis consolacionem
vestram. ¶ Ber. Plenitu-
do et habundancia temporalis obli-
vionem et in opinia ferunt.
eternorum diviciarum amor
insaciabilis. longe ampli-
us desiderio torquet animam
quam refrigeret usu suo. ut po-
te quarum acquisicio la-
boris. possessio timoris.
amissio plena doloris
invenitur. ¶ Quia dives
divicias non congregat abs-
que labore. Non tenet
absque metu. non desinit
absque dolore. ¶ Ve ve va-
por est ad modicum pa-
rens quod eterne felicitatis
additum intercludit.
Sicut sunt divicie
et vane glorie. ¶ Tre-
Tanto magis est quis
deo proximus. quanto magis
a fervore laudis fuit
alienus. ¶ Fallaces sunt
mundane divicie quia
nobiscumque non possunt per-
manere. ¶ Fallaces sunt.
quia nostre in opinia non ex-
pellunt. fallaces sunt.
quia non dant quod promittunt.
Ber. Divicie mundane
mendacie sunt. domi-
nium promittunt et servum
faciunt. securitatem pro-
mittunt et recipiunt. de-
licias promittunt et pug-
nunt. ¶ Aug. Qui cer-
renis inhiat. eterna
non cogitat. et utriusque
in futuro carebit. Ambrosius
Mundum quasi fetidum vito.

et quasi inimicum caveo. et quasi
nocivum relinquo. Quorum
esset si fur habito fune
circa collum letus esset.
Sic facit qui de diviciis et
vana gloria nimis gau-
det. Sunt enim divicie
laqui diaboli. ~~[illegible]~~
Qui volunt divites fi-
ri incidunt in laqueum diaboli.
Ber. Sinis hec mi-
nisterium angelorum fu-
ge consolaciones seculi.
et temptacionibus resiste di-
aboli. ¶ Boecius Hec
felicitatis dulcedo. mul-
tis amaritudinibus respersa
est. ~~[illegible]~~ Cave hono-
res quos tenere sine cul-
pa non potest. sublimitas
honorum magnitudo sce-
lerum est. In maiore gra-
du sine dubio maior
pena est. qui minor est
venie proximus est. ¶
Brevis est huius mundi
felicitas. modica est huius mun-
di gloria. caduca et fragilis
est temporalis potencia.
Dic ubi sunt reges. ubi
principes. ubi locupletes
rerum. ubi potentes seculi.
quasi umbra transierunt. velut
somnium evanuerunt.
querunt et non sunt. ¶ Divicie
usque ad periculum ducunt.
multi per opes in discrimen
et in mortem venerunt.
Nunquam mentis requiem
habet qui curis terrenis
se subdit. Qui curis
terrenis se implicat. a dei
amore se separat. ¶ Nemo
potest amplecti dei gratiam
sibi et seculi. Contempne
